

4. In baptismo non fit penitissima peccati extirpatio, v. 7.
Contra Papæos.
5. Baptizatus, est mortuus peccato, Ablative non, sed Dative,
v. 10.
6. Peccatum regnans non potest stare cum gratia regenerationis & justificationis; Consequenter hæc gratia est amisibilis, v. 12. Contra Calvinianos.
7. Omnis mors, etiam prima ac temporalis, ipsaque etiam mortalitas est stipendum peccati, v. ult. Contra Socinianos.
8. Vita æterna proprie non est merces, aut meritorie comparabilis, v. ult. Contra Papæos.

DISPUTATIO VII.

Aphorismi ex Capite VII.

1. Conjugium non sola morte, sed ob fornicationis causam est solubile, etiam quoad vinculum. v. Bellarminum.
2. Bene Nicol. Lyranus ad hoc caput notat, si vir resurgeret, mulierem non teneri ad ejus receptionem.
3. Polygamia viduorum licita est. Contra Montanistas & Mont. Tertull.
4. Concupiscentia etiam intellectiva & *αἰροαίσπετος* propriissime peccatum est, lege Decalogica prohibitum, v. 7. Contra Papæos.
5. Caro in cap. 7. ad Rom. totum hominem infectum & corruptum notat, non tantum vires inferiores, v. 16. Contra Bellarminum.
6. In Christo nulla fuit lucta carnis & spiritus.
7. Attamen in renatis ista lucta carnis & spiritus ea est, quam Paulus in se culpabili deplorat, v. 17.
8. Nec Apostolus in hoc capite *μυητικῶς*, tanquam de aliena persona loquitur, sed in sua; neq; de se ut irregenito, sed jam regenito. Contra Bellarminum, Arminianos, aliosque.